

## TIT. IV.

DE NUPTIIS<sup>1</sup>.

1. Imp. SEVERUS et ANTONINUS AA. Portio.

Cum de nuptiis puerelle queratur<sup>2</sup>, nec inter tutorem et matrem, et propinquos de eligendo futuro marito convenient: arbitrium praesidis provinciae necessarium est.

2. *Iudem*, AA. Trophime.

Si nuptias pater tuus consensit: nihil obterit tibi, quod instrumento ad matrimonium pertinenti non subscriptis.

3. *Iudem*, AA. Valeriae.

Libertum<sup>3</sup>, qui patronam, seu patroni filiam, vel conjugem, vel nepatem, vel proxenepotem uxorem ducere ausus est; apud competentem iudicem accusare poteris: moribus temporum meorum congruentem sententiam daturum: qua hujusmodi conjunctiones odiosas esse merito duxerunt.

4. Imp. ALEX. A. Perpetuo.

Liberi concubinas<sup>4</sup> parentum suorum [uxores] ducere non possunt: quia minus religiosam et probabilem rem facere videntur. Qui si contra hoc fecerint, crimen stupri committunt.

5. *Iudem*, A. Maximæ.

Si (ut proponis) pater quodam mariti tui, in cuius fuit potestate, cognitis<sup>5</sup> nuptiis vestris, non contradixit<sup>6</sup>, veteri non debes, [ne] ne potest suum non agnoscat.

6. Imp. GORDIANUS A. Valeriae.

Et si contra<sup>7</sup> mandata principum contractum sit in provincia consentiente muliere matrimonium, tamen post depositum officium, si in eadem voluntate perseveraverit, justæ nuptias efficiuntur: et ideo postea liberos susceptos, natosque ex iusto matrimonio, legitimos esse, responsum viri prudentissimi Pauli<sup>8</sup> declarat.

7. *Iudem*, A. Apro.

Si (ut proponis) post querelam de marito a filia [tua] ad te delatum, dissolutum est matrimonium, nec te consentiente ad eundem regressa<sup>9</sup> est: minus legitima conjunctio est, cessante patris voluntate, in cuius est potestate: atque ideo non potente filia, petitionem dotis repetere non prohiberis.

8. *Iudem*, A. Romano.

In copulandis nuptiis, nec curatoris<sup>10</sup>, qui solam rei familiaris sustinet administrationem, nec cognitorum vel adfinitione ulla auctoritas potest intervenire: sed spectanda est ejus voluntas, de cuius conjunctione tractatur.

*Quidam aiunt se hanc constitutionem in quibusdam exemplaribus reperisse. Quam tametsi in nullis libris reperi, nec Graeci eam habuerint, ne quid desideretur, adscripsi.*

9. *Iudem*, A. Rationalibus.

Manifestum est, nuptias contra mandata contractis, dotem, que data illo tempore, cum traducta est, fuerat, juxta sententiam D. Severi fieri caducum, nec, si consensu postea ceperis videatur matrimonium, in praeteritum vitio potuit mederi. — Dat. kal. april. Antiochiae, GORDIANO A. et AVIOLA CONSS. 240.

9. Imp. PAOBUS A. Fortunato.

Si vicinus, vel alius scientibus, uxorem liberorum procreandorum causa domi habuisti, et ex eo matrimonio filia suscepisti: quamvis neque nuptiales tabule<sup>11</sup>, neque ad natam filiam pertinentes factae sunt, non ideo minus veritas matrimonii, aut suscepta filia, suam habet potestatem.

10. Imp. DIOCLET. et MAXIMIAN. AA. et CC. Paulinae.

Cum te non ex senatore patre procurata, sed ob matrimonium cum senatore contractum<sup>12</sup>, clarissime nomine nomen adeptam dicas, claritas,

Tir. IV. — 1. Lib. 1, Inst. 20; Lib. 25, D. 2; N. 22 — 2. L. 20, inf. h. t. — 3. L. 65, 2. D. de ritu nupt. — 4. L. 14, 2. 2. D. d. t. L. 1, 2. 5. D. de concub.; N. 115, c. 5, 2. 6. 5. Pide enit. L. 21, D. de statu hom. — 6. L. 7, in fin. D. de sposal. — 7. L. 38, L. 65, L. 66, D. de ritu nupt. add. supr. si recte prov. — 8. D. L. 65, — 9. L. 18, D. de ritu nupt. — 10. L. 20, D. d. t. immo rite L. 20, in fin. inf. h. t. — 11. L. 15, L. 20, inf. eod. — 1. 7. D. de sposal.; L. 21, inf. de repudiis; N. 22, N. 74, N. 117, — 12. L. 2, 2. 1, D. de excus. — 13. L. 12, 2. de dignitat. — 14. L. 8, D. de securitib; juncta L. 100, D. de verb. sign. — 15. L. 2, de divert. — 16. L. 14, inf. h. t. — 17. L. 20, D. de ritu nupt. — 18. L. 4, in fin. D. de ritu nupt. — 19. L. 12, supr. h. t.; L. 21, L. 28, D. de verb. oblig. — 20. Add. L. 1, inf. de infant. expes. — 21. L. 55,

que beneficio marii tibi parata est, si secunli ordinis virum postea sortita es, redacta ad prioris dignitatis statum deposita est.

11. *Iudem*, AA. et CC. Alejandro.

Si invita<sup>13</sup> detinetur uxor tua a parentibus suis: interpellatus rector provincie amicus noster, exhibita<sup>14</sup> muliere voluntatem ejus secutus, desiderio tuo medebitur.

12. *Iudem*, AA. et CC. Sabino.

Nec filium<sup>15</sup> quidem familias invitum ad uxorem ducendam cogi, legum disciplina permittit. Igitur, sicut desideras, observatis juris præceptis sociare conjugio tuo quam uolueris, non impediens: ita tamen, ut contrahendis nuptias patris tui<sup>16</sup> consensu accedat.

13. *Iudem*, AA. et CC. Onesimo.

Neque sine nuptiis instrumenta facta ad probationem matrimonii sunt idonea, diversum veritate continent: neque non interpositis instrumentis, jure contractum matrimonium, irruum est: cum omissa quoque scriptura<sup>17</sup>, catera nuptiarum indicia non sint irrita.

14. *Iudem*, AA. et CC. Titio.

Neque ab initio matrimonium contrahere, neque dissociatum reconciliare quisquam cogi<sup>18</sup> potest: unde intelligis, liberam facultatem contrahendi, atque distrahebendi matrimonii transferri ad necessitatem non oportere.

15. *Iudem*, AA. et CC. Tatiano.

Uxorem libertam suam manumisori, si non sit ex his personis, quae specialiter prohibentur, ducere non est interdictum, et ex eo matrimonio justos patri filios nasci certissimum est.

16. *Iudem*, AA. et CC. Rhodoni.

Patrem, qui filiam exposuit, hanc nunc adultam sumptibus et labore [tuo] factam, matrimonio conjungi filio tuo desiderantis favere voto convenit; qui si renitatur, alimentorum<sup>20</sup> solutioni [in hoc solummodo casu] parere debet.

17. *Iudem*, AA. et CC.

Nemini licet contrahere matrimonium cum filia<sup>21</sup>, nepte, vel propriepe: itemque cum matre<sup>22</sup>, avia, vel proavia: et ex latere<sup>23</sup> amita<sup>24</sup>, ac materter<sup>25</sup>, sorore<sup>26</sup>, sororis filia<sup>27</sup>, et ex ea nepote: praeterea fratris [tui] filia<sup>28</sup>, et ex ea nepte: itemque ex affinis<sup>29</sup>, privigna<sup>30</sup>, novera<sup>31</sup>, nuru<sup>32</sup>, socru<sup>33</sup>, casterisque que jure antiquo probentur, a quibus cunctos volumus [se] abstinere. — Dat. kal. Maji, Damasco, TUSCO et ANULINO CONSS. 293.

18. *Iudem*, VALENT., VALENS et GRATIAN. AAA. ad Senatum.

Vidua intra quintum<sup>34</sup> et vicesimum annum degentes, etiam si emancipationis libertate gaudent, tamen in secundas nuptias sine patris sententia non convenient. Quod si in conventionis defectu, mulieris voluntas patris repugnat sententiae, et propinquorum<sup>35</sup>: placet admodum (ut in virginum conjunctionibus sanctum est) habendo examini auctoritatem quoque judicaria cognitionis adjungi: ut, si pares sint generi ac moribus competitores, is potior existimet, quem sibi consulens mulier approbarerit. Sed ne forte hi qui gradu proximo ad viduarum successionem vocantur, etiam honestas nuptias impedian, si hujus rei suspicio<sup>36</sup> praecesserit, eorum volumus auctoritatem judiciumque succedere, ad quos etiam fatalis sors intercesserit, tamen hereditatis communum pervenire non possit. — Dat. 17 kal. August. GRATIANO A. et PAOBUS CONSS. 371.

19. Imp. ARCAD. et HORON. AA. Eutychiano P. P.

Celebrandis inter consobrinos<sup>37</sup> matrimonii licentia legis hujus salubritate indulta est: ut revocata prisci juris auctoritate, restinctisque calumniarum fomentis, matrimonium inter consobrinos habeatur legitimum: sive ex duabus fratribus, sive ex duas sororibus, sive ex fratre

L. 65, D. de ritu nupt. — 22. 2. 1, Inst. h. t. — 23. 2. 2, Inst. h. t. — 24. 2. 2, Inst. h. t. L. 17, 2. 2. 2, D. de ritu nupt. — 25. 2. 2, 2. 2, D. d. t. L. 1, 2. 5. D. de concub.; N. 115, c. 5, 2. 6. 5. Pide enit. L. 21, D. de statu hom. — 6. L. 7, in fin. D. de sposal. — 7. L. 38, L. 65, L. 66, D. de ritu nupt. add. supr. si recte prov. — 8. D. L. 65, — 9. L. 18, D. de ritu nupt. — 10. L. 20, D. d. t. immo rite L. 20, in fin. inf. h. t. — 11. L. 15, L. 20, inf. eod. — 1. 7. D. de sposal.; L. 21, inf. de repudiis; N. 22, N. 74, N. 117, — 12. L. 2, 2. 1, D. de excus. — 13. L. 12, 2. de dignitat. — 14. L. 8, D. de securitib; juncta L. 100, D. de verb. sign. — 15. L. 2, de divert. — 16. L. 14, inf. h. t. — 17. L. 20, D. de ritu nupt. — 18. L. 4, in fin. D. de ritu nupt. — 19. L. 12, supr. h. t.; L. 21, L. 28, D. de verb. oblig. — 20. Add. L. 1, inf. de infant. expes. — 21. L. 55,

bus uoluerint, suam substantiam, et suscipiendam competentem sibi legibus ab aliis relictam, vel ab intestato delatam hereditatem.

In AUTHENT. Scenicas non solum si sidejussores, § 2, coll. 8; tit. 6, al. 4, Novell. 51.

Quod eis permitetur, etiamsi juraverint in tali professione se per-

severuras: qu'a legibus<sup>38</sup> expressum est, illætæ rei jusjurandum

servari non oportere: et pena perjurii, si qua est, in eum convertenda est, qui exigit. — § 4. Similes vero tales merentibus ab imperatore be-

neficium mulieribus illas etiam esse volumus, quæ dignitatem<sup>39</sup> aliquam

[habent], etsi non serenissimo principi supplicaverint, ultroneam tamen

donationem ante matrimonium meruerint: ex qua dignitate, et aliam

etiam omnem maculam, per quam certis hominibus legitime conjungi

mulieres prohibentur, aboleri penitus oportet. — § 5. His illud adjungi-

mus, ut et filiae hujusmodi mulierum, si quidem post<sup>40</sup> expargitionem

prioris vite matris sue nate sint, non videantur scenicas esse filiae,

nec subiacere legibus quæ prohibuerint filias scenicas certos homines

in matrimonium ducere. Sin vero ante procreata sint, liceat eis preces

offerentibus invictissimo principi, sacrum sine obstaculo ulli mereri

scriptum: per quod eis ita nubere permittatur, quasi non sint scenicae

matris filie: nec jam prohibeant illis copulari, quibus scenicas, vel

dignitatis, vel alterius cause gratia uxores ducere interdicuntur: ut tamen

omnibus dotalibus inter eos etiam instrumenta conficiantur. — § 6. Sed

si a scenica matre procreata, que usque ad mortem suam in eadem pro-

fessione duraverit, post eius obitum preces imperatoriaæ clementia ob-

tulerit, et divinam indulgentiam meruerit, liberationem materna injuriæ, et nubendi licentiam sibi condonantem: istam quoque posse sine

metu priorum legum in matrimonio illis copulari, qui dudum scenica

filiam uxorem ducere prohibeantur. — § 7. Immo etiam illud remo-

venire esse censemus, quod in prisca legibus (līcē obscuris) constitu-

tum est: ut matrimonia inter impares<sup>41</sup> honestate [personas] contra-

henda, non aliter quidem valeant, nisi dotalia instrumenta confecta fuerint:

imbecillitate sexus elegerint, competenti moderatione sublevando esse

censemus, minimeque eis spem melioris conditionis admire: ut ad eam

responsible, impietate, et minus honestam electionem facilis deri-

linquant. Nam ita credimus Dei benevolentiam, et circa genus humanum

nimirum clementiam (quantum nostra natura possibile est) imitari<sup>42</sup>,

qui quotidiani hominum peccatis semper ignoscere dignatur, et peni-

tentiam suscipere nostram, et ad meliorem eam statum deducere. Quod

si circa nostros subjectos imperio nos etiam facere differamus: nulla ve-

nia digni esse videbimus. — § 8. Itaque cum injustum sit, servos qui-

dem libetare donatos posse per divinam indulgentiam natalibus suis

restitui<sup>43</sup>, postque hujusmodi principale beneficium ita degere, quasi

nunquam seruisse, sed ingenui [nati] essent: mulieres autem qua scenicas [quidem] ludis sese [ante] immiscuerunt, postea vero spreta mala

conditione ad meliorem migravere sentientiam, et in honestam professio-

nem effugerunt, nullam spem principalis habere beneficium quod eas ad

illum statum reduceret, in quo si nihil honesti peccatum esset, com-

morari potuerunt: presenti sanctione clementissima principale benefi-

cium eis sub ea lege condonamus, ut, si derelicta mala et in honesta

conversatione comodiorem vitam amplexae fuerint, honestatique esse

dederint, licet eis nostro supplicare numini, ut divinos affustas sine du-

bio mereantur, ad matrimonium

lias dubitabatur: et Ulpianus quidem retulit constitutionem imperatoris Marci, que de furioso non loquitur, sed generaliter de filiis mente capti, sive masculi, sive feminæ sint, qui nuptias contrahunt: ut hoc facere possint etiam non adito principe. Et aliam dubitationem ex hoc emergentem, si hoc, quod de mente capto constituto induxit, etiam in furioso obtinendum sit, quasi exemplo mente capti et furiosi filios adjuvantes. His itaque dubitatis, tales ambiguitates decadentes, sancimus, hic repleri, quod divi Marci constitutione deesse videtur, ut non solum dementis<sup>62</sup>, sed etiam furiosi liberi cuiusunque sexus<sup>63</sup> possint legitimas contrahere nuptias, tamen, quam ante nuptias donatione a curatore eorum prestanta<sup>64</sup>, astimatione tamen in hac regia urbe excellentissimi prefecti urbis, in provinciis autem virorum clarissimorum earum præsidum, vel locorum antistitutum, tam opinione personæ, quam moderatione dotis, et ante nuptias donationis constituenda, praesentibus tam curatoribus dementis, vel furiosi, quam his qui ex genere eorum nobiliores sunt: ita tamen ut nulla ex hac causa oriatur, vel in hac regia urbe, vel in provinciis jactura substantia furiosi, vel mente capti, sed gratis omnia procedant: ne tale hominum infortunium etiam expensum detimento prægravetur.

26. *Idem*, A. Julianus P. P.

Si quis alumnam suam libertate donaverit, et in matrimonio suo collocaverit: dubitabatur apud antiquos, utrumne hujusmodi nuptie legitimesse videantur, an non? Nos itaque vetustam ambiguitudinem decidentes, non esse vetitum matrimonium censemus: si enim ex affectu omnibus introducuntur nuptiae, et nihil impium; nec legibus contrarium in tali copula expectamus: quare predictas nuptias inhibendas existemus: nec enim homo sic impius inventur, ut quam ab initio loco filie habuit, eam postea in sua collocet matrimonio: sed ei credendum est, quia eam et ab initio non et filiam educavit, et libertate donavit, et dignam esse postea sua putavit matrimonio. Ea videlicet persona omnimodo ad nuptias venire prohibenda, quam aliquis, sive alumna sit, sive non, a sacrosancto suspecti baptismate: cum nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem, et justam nuptiarum prohibitionem, quam hujusmodi nexus, per quem Deo mediante animæ eorum copulatae sunt.

27. *Idem*, A. Joanni P. P.

Sancimus<sup>65</sup> nuptias, que inter masculos et feminas majores, vel minorum sexagenariis<sup>66</sup>, vel quinquagenariis, lege Julia, vel Papia prohibite sunt, homines volentes contrahere, et ex nullo modo, vel ex nulla parte tales nuptias impediri.

28. *Idem*, A. Joanni P. P.

Si libertam quis uxorem habeat, deinde inter senatores scribatur dignitate illustratus: an solvatur matrimonium, apud Ulpianum quereretur: quia lex Papia<sup>67</sup> inter senatores et libertas stare connubia non patitur. Nos igitur Dei sequentes judicium, non patimur in uno eodemque connubio mariti felicitatem exori fieri infortunio: ut quantum vir in alium tollatur, tantum et conjux ejus decrescat<sup>68</sup>, imo magis penitus depereat: absit itaque a nostro tempore hujusmodi asperitas, et firmum maneat matrimonium, et uxor marito concretas, et sentias ejus fulgorem: stabileque maneat matrimonium [ex] hujusmodi superventu minime diminutum. Simili modo, si privati hominis filia ad liberti venial connubium, et postea pater mulieris ad senatoris dignitatem fuerit electus, tacitum at Papiae legis crudelissima sanctio: et neque per hunc modum dissolvatur matrimonium inter facti senatoris filiam et libertum, ne sozera prosperitas sine genero inveniatur. Melius enim est, legis Papiae veritatem in utroque casu compescere, quam eam sequendo hominum matrimonia dispergere, non ex viro mulieris et mariti, sed ex prospera alterutrius partis fortuna: cum enim ex una radice vitium nascitur, consequens est ut una lege tollatur.

29. *Idem*, A. ubique terrarum religiosissimis Episcopis.

Sacram fecimus constitutionem<sup>69</sup>, nemini permittentes, neque invitam mulierem ancillam aut liberam, in scenam aut orchestram pertrahere, neque converti volentem, prohibere eam ejus fidejussiones, quasi super hoc ipsi certum auri modum promissum repetendo: sed si quid tale factum fuerit, prohiberi haec et a clarissimis provinciarum præsibus, et a civitatum religiosissimis episcopis constitutis, dantes licentiam religiosissimis episcopis una cum clarissimo provinciae præside, etiam in-

<sup>62</sup> L. 20, supr. de episcop. aud. — 63. Inst. h. t. in pr. — 64. L. 60, D. de iure dot. : L. 45, D. de legat. s. — 65. L. 12, inf. de legit. hered. — 66. Confir. L. 15, 2, s. D. de adopt. ante nupt. : L. 18, inf. ad leg. Jul. de adult. — 67. L. 15, 1, in fin. — 6. N. 22, c. 4: N. 78, c. 4: N. 21, pr. D. de act. empt. vend. — 68. L. 27, L. 44, D. de iuri nupt. — 69. A. L. ult. supr. de stat. et imagin. — 70. L. 14, L. 23, supr. de episcop. aud. — 70. N. 51. — 71. L. 70, 2, 3, D. de fidejus.

Tr. V. — 1. N. 12, N. 15, — 2. N. 22, c. 57. — 3. L. 45, pr. D. de iuri nupt. : L. 16, L. 11, D. de diu. : L. un. in fin. D. unde vir et uxor. — 4. 2, 6, Inst. de nupt. : L. 1, in fin.

vitos trahere ad se eos qui compulerint, aut qui mutari seu converti ab ea actione prohibuerint, et publicam quidem fieri eorum substantiam, ipsos vero civitate expelli. Si vero qui provinciam regit, ipse sit qui eas compulerit, aut a predicta actione conversionem seu resipiscientiam prohibuerit, damus licentiam et solos religiosissimos episcopos adire eam quæ talia patitur, aut ejus fidejussionem<sup>70</sup>, hunc vero [episcopum] adversari magistratum habenti, et non permettere injuste agere, aut si minus fuerint ad id consequendum potentes, indicare id nostro imperio, ut a nobis competens exerceatur pena: fidejussionibus simul liberandis, et fidejussionibus<sup>71</sup> indennibus conservandis: licentiam dantes conversis hujusmodi mulieribus liberis et ingenuis existentibus ad matrimonium transire legitimum, etiam si contigerint honestissimis dignitatibus qui illas duxerint, decorari, non amplius indigentibus imperialibus respectis, sed sua potestate nuptias celebrantibus, nuptialibus nimur instrumentis omni modo inter ipsos factis: eademque et de filiabus scenicarum constituentes. — § 1. Hanc autem dictam constitutionem, et in quanto librum omnium constitutionum hujus scilicet nostra pietatis cognominis libri, ad civiles magistratus respectam posuimus. Quoniam enim oportebat per presentem sanctionem, et voluis ubique terrarum positis religiosissimis episcopis haec facere manifesta, propterea congregantes, que ad ipsam pertinent expositione latiore sancta, eandem divinam constitutionem fecimus etiam ad vos, ut sacerdotalem conservantes reverentiam et continentia studiosi, haec custodiatis, tam magni Dei metum, quam imperiali indignationem, si quid horum præmeritis, considerantes.

— Dat. kalend. novembr. CP. D. N. JUSTIN. 4 et PAULINO CONSS. 534.

## TIT. V.

DE INCESTIS ET INUTILIBUS<sup>1</sup> NUPTIIS.

## 1. Imp. ALEXANDER A. Amphigon.

Liberta<sup>2</sup>, eademque uxor tua, si a te invito<sup>3</sup> discessit, connubium cum alio non habeat, si modo uxorem eam habere velis.

## 2. Imp. DIOCLET. et MAXIM. AA. Sebastianæ.

Neminem, qui sub ditione sit romani nominis, binas<sup>4</sup> uxores habere posse, vulgo patet: cum etiam in editio prætoris<sup>5</sup> hujusmodi viri infamia notati sint. Quam rem competens judex inultam esse non patietur.

## 3. Imp. CONSTANTINUS A. Patrolo.

Cum ancillis non potest esse<sup>6</sup> connubium: nam ex hujusmodi contractibero servii<sup>7</sup> nascuntur: ideoque præcipimus, ne decuriones in gremia potentissimarum domorum libidine servarum ducente configuant. Si enim decurio clam actoribus et procuratoribus nescientibus, aliena fuerit et ræi conjunctus: et mulierem in metallum detrudi per sententiam judicis iubemus: et ipsum decurionem in insulam deportari: omnibus bonis ejus civitati, cuius curialis fuerat mancipandis, si patria potestate fuerit liberatus, nullusque habeat liberos, vel parentes, vel etiam propinquos, qui secundum legum ordinem ad eum successionem vocentur. Quod si actores vel procuratores loci, in quo flagitium admissum est, fuerint concipi vel compertu facinus promovere noluerint: metallo eos convenit implicari. Si vero dominus [loci] hoc fieri permisit, vel postea cognitum celavit, si quidem in agro id factum est, fundus cum mancipiis et pecoribus, ceterisque rebus qua cultui rusticó sustinentur, fisci juribus vindicetur. Si vero in civitate id factum est: dimidiam bonorum omnium partem præcipimus confiscari: pœnam augentes, quoniam intra domesticos<sup>8</sup> parientes scelus admissum est, quod noluit mox cognitum publicare.

4. Imp. VALENT. THEOD. et ARCAD. AAA. ad Andromachum comitem rerum privatrum.

Qui contra legum<sup>9</sup> præcepta, vel contra mandata<sup>10</sup> constitutionesque<sup>11</sup> principum nuptias forte contraxerit; nihil<sup>12</sup> ex eodem matrimonio, sive ante nuptias donatum, sive deinceps quoque modo datum fuerit, consequatur: idque totum quod ab alterius liberalitate in alterum processerit, ut indigne indigne sublatum, fisco vindicari sancimus: exceptis tam feminis, quam viris qui aut errore acerrimo<sup>13</sup>, non affectato, insimulato, neque ex vi causa decepti sunt, aut atatis lubrico<sup>14</sup> lapsi: quos tamen ita demum legis nostra laqueis eximi placuit, si aut errore comperto, aut ubi ad legitimos pervenerint annos conjunctionem hujusmodi sine ulla procrastinatione diremiserit.

<sup>62</sup> L. 20, supr. de episcop. aud. — 63. Inst. h. t. in pr. — 64. L. 60, D. de iure dot. : L. 45, D. de legat. s. — 65. L. 12, inf. de legit. hered. — 66. Confir. L. 15, 2, s. D. de adopt. ante nupt. : L. 18, inf. ad leg. Jul. de adult. — 67. L. 15, 1, in fin. — 6. N. 22, c. 4: N. 78, c. 4: N. 21, pr. D. de act. empt. vend. — 68. L. 27, L. 44, D. de iuri nupt. — 69. A. L. ult. supr. de stat. et imagin. — 70. L. 14, L. 23, supr. de episcop. aud. — 70. N. 51. — 71. L. 70, 2, 3, D. de fidejus.

Tr. V. — 1. N. 12, N. 15, — 2. N. 22, c. 57. — 3. L. 45, pr. D. de iuri nupt. : L. 16, L. 11, D. de diu. : L. un. in fin. D. unde vir et uxor. — 4. 2, 6, Inst. de nupt. : L. 1, in fin.

## CODICIS LIB. V. TIT. VI.

5. *Idem*, AA. Cynegio.

Fratri uxori<sup>15</sup> ducendi vel duabus sororibus conjugandi penitus licentiam summovemus, nec dissoluto quocunque modo conjugio.

## 6. Imp. ARCAD. et HONOR. AA. Eutychiano P. P.

Si quis incesti vetitique conjugii sese nuptiis funestaverit: proprias, quædam vixerit, teneat facultates: sed neque uxori<sup>16</sup>, neque filios ex ea editos habere credatur. Nihil prorsus predictis, neque per interpositam quidem personam, vel donet superstes, vel moritur<sup>17</sup> derelinquet: dos si qua forte solenniter aut data aut promissa fuerit, juxta ius antiquum fisci<sup>18</sup> nostri commodis cedat: testamento suo extraneis nihil derelinquet: sed (sive testato, sive intestato) legibus ei et iure succedant, si qui forte ex justo et legitimo matrimonio editi fuerint: hoc est, de descendentibus filii, filia, nepos, neptis, propous, proneptis: de ascendentibus autem pater, mater, avus, avia: de latere, frater, soror, patruus, amita. Testandi sane ita demum<sup>19</sup> habeat facultatem, ut his tantummodo personis pro iuri ac legum, quod voluerit arbitrio relinquat, quas succedere imperialis præcepti tenore mandavimus: ita tamen, ut [ab] hereditate defuncti penitus arceatur, si quis ex his, quos memoravimus in contrahendis incestis nuptiis consilium iniisse monstrabitur, successore in locum illius, qui post eum proximus invenitur. Ea sane quæ de viris cavimus, etiam de feminis, quæ predictorum sese consortis commaculaverint, custodiantur. Memoratis vero personis non extantibus [noster] fisco locus patet. — Dat. 4 id. decemb. Constantinop. ARACIO 4 et HONORIO 5 AA. CONSS. 506.

In AUTHENT. de incestis et nefariis nuptiis, § 1, col. 2, tit. 7, al. 6, Novell. 12, cap. 4.

Incestas nuptias contrahentis poena est, confiscatio bonorum<sup>20</sup>, tam ceterorum, quam dotis<sup>21</sup>: etiam et cinguli (si quo potius spoliatio: verberatio quoque si uiles est, feminæ quoque talia scierent<sup>22</sup> peccante, simili poenæ subjuganda. Substantia sic amissa liberi hoc ipso sui iuris effectus, si quos habet legitimos applicetur: ut tamen pater ab eis alatur: quibus non extantibus fisco defertur.

In AUTHENT. quib. mod. naturales efficiuntur, § fin., col. 7, tit. 4, Novell. 89, cap. ultimo.

Ex complexu nefario aut incesto, seu damnato liberi, nec naturales sunt nominati, omnis paternæ substantiae indigni beneficio, ut nec alantur a patre.

7. Imp. VALENT. et MARTIANUS AA. Palladio P. P.

Humilem<sup>23</sup> vel abjectam feminam minime eam judicamus intelligi, que licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit. Unde licere statuimus senatoribus, et quibusunque amplissimis dignitatibus prædictis ex ingenuis parentibus natas, quanvis pauperes in matrimonium sibi accipere, nullamque inter ingenuas et opulentiores ex divitiis et opulentiori fortuna esse distantiam. Humiles vero abjectasque personas eas<sup>24</sup> tandemmodo mulieres esse censemus: ancillæ, filiam, libertam, libertæ filiam [scenica], scenica filiam, tabernariam, tabernarii vel lenonis aut arenarii filiam; aut eam quæ mercimonis publice præfuit. Ideoque hujusmodi inhibuisse nuptias senatoribus<sup>25</sup> harum feminarum, quas modo enumeravimus, æquum est. — Dat. prid. non. april. Constantinop. AETIO et ASTERIO CONSS. 454.

8. Imp. ZENO A. Epinico P. P.

Licet quidam Ægyptiorum idcirco mortuorum fratrum sibi<sup>26</sup> conjuges matrimonio copulaverint, quod post illorum mortem mansisse virgines dicebantur, arbitrii scilicet (quod certis legum conditoribus placuit) cum corpore<sup>27</sup> non convernent, nuptias non videri [re] esse contractas; et hujusmodi connubia tunc temporis celebrata firmata sunt, tamen præsenti legi sancimus, si quae hujusmodi nuptias contractas fuerint, eas earumque contractores, et ex his progenitis, antiquarum legum tenoris sub jacere, nec ad exemplum Ægyptiorum (de quibus supradictum est) eas videri fuisse firmas, vel esse firmandas.

9. Imp. ANASTASIUS A. Severiano P. P.

Ab incestis nuptiis universi, qui nostro reguntur imperio neverint tempore: nam rescripta quoque omnia, vel pragmaticas formas aut

<sup>45</sup> L. 8, L. 9, infra. h. t. — 46. L. 2, 2; L. 15, D. de his quibus. — 47. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 48. L. 2, 1, in fin. — 49. Confir. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de legit. hered. — 50. L. 15, 1, in fin. — 51. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 52. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de legit. hered. — 53. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 54. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de legit. hered. — 55. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 56. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de legit. hered. — 57. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 58. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de legit. hered. — 59. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 60. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 61. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 62. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 63. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 64. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 65. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 66. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 67. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 68. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 69. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 70. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 71. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 72. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 73. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 74. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 75. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 76. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 77. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 78. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 79. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 80. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 81. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 82. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 83. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de iuri nupt. — 84. L. 15, 2, 1; L. 12, inf. de